

tionem in mixto extitit. Paret etiam ratio; quare ex recentibus herbis incineratis major Salis fixi copia impetretur, quam ex iisdem exficcatis ac arefactis: ex his scilicet Aër diuturna actione (accedente etiã humido ipsi planæ congenito salia solvente) maximam Salium volatilium partem suffuratus est. Cum adeòque ex nihilo negativo naturaliter nihil fiat, patet etiam hinc, quare ligna vetustate corrupta ac planè resoluta, nihil ferè Salis fixi præbeant; quin etiam pondus omne amiserint.

Satis igitur ex dictis constare existimo, quomodo ante incinerationem ne minima quidem particula Salis fixi alcalifati seu propriè dicti, in mistis reperiat; quomodo item Salia volatilia per incinerationem in se invicem colliquentur, adeòque figantur.

Præter hanc verò Salium volatili-um colliquationem, pro eorundem fixatione, adhuc aliud, & quod nostro scopo omnium maximè inserviet, observandum erit; PARTICULARUM sc. TER-

RE